in excommunicationem, & pęnas dicti canon. [c] Et ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in cap. contingit, il 1. num. 6. de ſent. excomm.

4 Item quęro, nunquid diſpoſitio d. canonis habeat locum etiam contra eum, qui percutiat clericum primę tonſurę. Reſpon. quòd ſic: ita tenet glo. in cap. 2. in verbo, Clericos, de vita, & honeſtate clericorum & eſt communis opin. vt dicit Albertus Tortus de vero, & perfecto clerico, lib. 1. in 2. dubio, quem refert Duennas reg. 99. in 2. ampliatione, & Viuius in libr. communium opin. in verbo, Clerici a poteſtate. Quam tamen nunquam vidi in practica obſeruari, niſi talis clericus incedat in habitu clericali.

5 Vlterius quęro, nunquid habeat locum in perſonis religioſis, quę regulariter viuunt, licet non emittant profeſſionẽ. Reſpond. quòd ſic: ita tenuit Butr. in cap. 2. numer. 6. de foro compet. & eſt communis opinio, vt atteſtatur Boer. de vita, & ſtatu erem. num. 14. quem refert Duennas in loco præallegato, in tertia ampliatione.

6 Sed an percutiens clericum euntem in habitu laicali erit excommunicatus? Reſpond. quòd non, ſi ignorabat ipſum eſſe clericum: & hoc tenent can. vt dicit Angel in leg item apud §. ſi quis virgines, numer. 1. de iniur. Et dicit Aret. conſil. 163. num. 16. quod clericus inuentus ſine habitu, & tonſura, miſcens ſe enormibus ſceleribus poteſt occidi abſque eo, quòd occidentes incurrant pœnam excommunicationis, et quòd ita tenent omnes Doctor. ſubdens, quod licet dubium ſit, nunquid iſte perdat priuilegium clericale quo ad forum, tamen hoc, quod occidens, vel percutiens talem clericum non incidat in canonem excommunicationis, omnes tenent. In hoc propoſito vide, quæ dixi ſupr. quæſt. 36. verſic. quæro, modo.

7 Succeſſiuè quæro, nunquid percutiens clericum, ignorans iuſta, & probabilis ignorantia ipſum eſſe clericum, incidat in pœnas dicti canonis. Reſp. quod non, & eſt communis opin. vt atteſtatur Plaza lib. 1 delictorum, cap. 27. numer. 13. Ceterum ſi ignoraſſet craſſa, & ſupina ignorantia, non effugeret pœnas excommunicationis ita tenet gloſſ. in cap. ſi verò, in verbo, Ignorauit, de ſent.. excommunic. quam dicit eſſe ab omnibus receptã Plaza in loco præallegato nu. 20.

8 Sed quid ſi aliquis volens percutere Titium laicum, errans percuſſerit Caium clericũ, [d] putans eſſe Titium laicum, nunquid incurret in pœnas excommnnicationis? Reſpond. Alant. tenuit, quòd ſic, quem ſecuta eſt gloſſ. in d. cap. ſi verò, in verbo, Ignorauerit. Contrariam autem ſententiam, ſcilicet quòd imò non incurrat in pęnam dicti canonis, tenuit Tancred. Et hanc dicit eſſe communem Didac. in repet. cap. alma mater, fol. 497. poſt numer. 15. verſic. 9. ad eiuſdẽ, & in repert. cap. quamuis fol. 53. poſt numero 3. Plaza in d. capitul. 27. numero 18. Vide, quæ dixi ſupra hoc eodem libro §. homicidium: verſicul. dicunt etiam.

9 Sed nunquid clericus excmmunicatus gaudebit priuilegio dicti canonis, ita vt ſi quis eum offendat, incidat in pœnas ab ipſo canone impoſitas? Reſpond. quod ſic. Ita tenet Innoc. in capit. ſi verò, numer. 3. de ſentent. excomm. & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in dict. cap. contingit, circa fin. quem refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in littera C. numer. 81. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Duennas reg. 99. in 8. ampliat. Faciunt, quæ dixi ſup. q. 30. verſ. quæro etiam.

10 Quæro etiam, nunquid percutiens clericum degradatum incidat in pęnas dict. canonis. Reſpond. [e] quòd ſic; ita tenet Bald. in cap. ſedes apoſtolica, numer. 4. de reſcript. & eſt communis opin. vt dicit Plaza lib. 1. delict. cap. 6. numer. 6. Intellige, ſi fuit tantummodo degradatus verbaliter: nam ſi fuiſſet actualiter, & ſolemniter degradatus, alius eſſet dicendum.

11 Pone, quòd pater, au maritus deprehendant clericum in adulterio cum vxore, vel filia, eumque percutiant, nunquid [f] incident in pœnas d. canonis? Dixi ſupra hoc eod. lib. §. homicidium, verſ. Dixi etiam.

12 Item [g] quid ſi clericus aliquem inſultauerit, nunquid licebit inſultato illum offendere citra pęnam d. canonis? Dixi in d. §. homicidium, verſ. præterea etiam.

13 Sed hic quæro, nunquid ſi clericus velit aliquod delictũ committere contra perſonam, vel res alterius, nunquid poterit laicus illum prohibere? Reſpond. quòd ſic: & poteſt illum impune capere, & ligare, ſi aliter eum a maleficio prohibere non poteſt. Et eſt communis opin. vt dicit Abb. in cap. cum non ab homine, nu. 11. & ſeq. prout illum refert Boſſ. in tit. de capt. num. 39. Faciunt, quæ dixi ſupra q. 28. verſic. quæro nunquid.

13 Item † adde, quòd vbicunque quis ludendo percuteret clericum, non incurreret excommunicationem aliquam capit. 1. de ſentent. excommunic. & Viui. d. opin. 104. num. 11.

14 Item † adde, quòd c. ſi quis ſuadente. ita habet locum in feminis, ſicut in maſculis, vt abſolui nequeant, niſi a Papa. Viui. d. opin. 104. num. 8.

15 Item † adde, quòd percutiens clericum non indutum habitu clericali, pęnam dict. capit. non incurrit, quia in dubio non pręſumitur ſciuiſſe, illum eſſe clericum. Bero. conſ. 187. num. 6. vol. 3.

16 Item † adde, quòd offendens cadauer clerici, ſiue religioſi, vt iniuriam faciat, incidit in pęnam d. canonis, quia durat etiam priuilegium in cadauere. Felyn. in capit. a nobis el 2 numer. 1. de ſentent. excommunic. & Decian. in tract. crim. lib. 6. capit. 17. num. 19 tom. 2.

Item adde, quòd offendens clericum excommunicatum incurit pęnam dicti canonis, & eſt communis opinio vt per Felin. in capit. 1. de ſentent. excommunic. & Dec. in tract. cri. lib. 6. capit. 17. numer. 20. tom. 2.

Item adde, ſi clericus aggreſſus fuiſſet laicum, qui feciſſet eum aufugere, ſi in fuga ipſum clericum aufugientem offenderet, incurreret pęnam d. cano. vt not. in capit. ſi vero il 1. de ſentent. excommun. ita in ſpecie tenet Ioan. Lup. in trac. de libert. eccleſiaſt. quæſt. 8. circa finem, quẽ refert, & ſequitur Decin. vbi ſupra num. 22. Baiar.

c Et ita communiter tenetur.] Farin. q. 128 p. 1. num. 25. Roſ.

Putans eſſe Titium laicum.] Adde hoc idem ſeruari in criminalibus inter laicos; Menoch. de iudic. libr. 2. centur. 4. caſu 260 ſub numer. 36. Boſſ. titul. de homicid. num. 73. vide gloſſ. in. cap. ſi verò aliquis in verbo ignorauerit de ſentent. excommunic. ſupra in §. homicidium verſicul dicunt etiam. Drog.

Quod ſic.] Adde iſtud ob memoriam priſtnæ dignitatis: vide per Tiraq. in reg. ceſſante cauſa. 15. limit num. 4. Giach.

f Incident in pœnas.] Communis eſt opinio, quod non incidant in pœnam dicti cap. ſi quis ſuadente, ſecundum Bermõ. in tractat. de concub. fol. 267. num. 5. in fi. Guiot.

g Itẽ quid ſi clericus.] Adde, quod nedum clerici alios inuadentes principaliter propter perſonã vel propter res poſsũt percuti ſine pęna excommunicationis: verum etiam mandantes, conſulentes, auxilium, & fauorem dantes, vt tradit Bald. in repet. leg. 1. Cod. vnde vi. num. 35. & 54. Item clericus mandans, aut inſtigans, vt alius occidatur, & percutiatur, quòd ſit irregularis, habetur per Carrer. pract. crim. §. homicid. 5. nume. 68. qui numer. ſeq. ponit de eo, qui percutiat aliquem armis clerici, & numer. 70. ſi mandatarius in aggreſſu occidatur an ſit irregularis ob mortem mandatarij. Giach.

Scias Scias.

14 Scias [h] tamen, quòd diſpoſitio d. cap. ſi quis ſuadente, non habet locum, vbi offenſa eſſet [i] leuis: nam pro leni iniuria poterit Epiſcopus ipſum excommunicatum abſoluere. Et ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in cap. peruenit, in fin. de ſentent. excommu. quem refert Dec. in cap. petuenit, il 1. poſt numer. 1. de appell. Reperio autem quod Cald. conſi. de ſentent. excommu. conſuluit in facti contingentia, quòd clericus, qui in ludo niuis alium clericũ in terram proiecerat, ita quod ex eius ore modicum ſanguinis exiuerat, erat excommunicatus. Similiter etiam conſuluit Zabar. conſil. 42. quod duo clerici, qui ſimul rixando ſe inuicem pedibus, & manibus percuſſerant, erant excommunicati. Sed certe poteſt in huiuſmodi caſibus epiſcopus abſoluere, vt ſup. dixi.

15 Sed [k] pone, quod aliquis percutiat clericum pluribus percuſſionibus, eodem tamen impetu, nunquid dicetur incidiſſe in plures excommunicationes? Dixi infra quæſt. 84. verſ. ſcias etiam.

16 Monachus habitum religionis ſuæ non deferens incurrit pęnam excommunicationis cap. vt periculoſa, ne clerici, vel monac. Et ita volunt Doctores, vt dicit Ruin. conſil. 7. numer. 14. in fin. lib. 5. poſſunt tamen hoc caſu monachi ab eorum ſuperiore abſolui, vt conſuluit Calder. conſ. 6. de ſentent. excom. in facti contingentia de duobus religioſis, qui habitum ſecularem publicè aſſumpſerũt. Sed quid ſi illum deferat, ſed occultè? Reſpond. Aliqui dicunt, quod hoc caſu non incurrit excommunicationem, & fuit opin. Archid. in dict. cap. vt periculoſa. Et dicit Claud. in repet. l. vt vim numer. 99. ff. de iuſtitia, & iure, quod illud ſequuntur communiter Doct. Contrariam verò opin. quod ſcilicet monachus occultè habitum deferens incurrat nihilominus in excommunicationem, tenuit gloſſ. in Clem. fin. in fin. in verbo, Extrinſeci, de vita & honeſt. cler & dicit Calc. conſ. 123. numer. 1. quod hæc eſt communis omnium opin. vbi conſuluit ſuper hoc art. in facti contingentia. Et hæc opin. gloſ. mihi magis placet; ſuperfluum enim redderetur mandatum diuerſitatis habitus, ſi illum occultare liceret: quod tamen ſemper intelligo, vt procedat, niſi fiat cum cauſa, & licentia ſuperioris.

17 Recipientes litteras Apoſtolicas, dum ipſi ſunt apud apoſtolicam ſedem, de manu alterius, quam ſummi Pontificis, vel deputatorum ad illud officium, ſunt excommunicati, c. dura, de crimin. falſi. Sed hoc non ſeruatur Papa ſciente, & tolerante, vt atteſtatur Sum. Syluest. in verbo, excommunicatio 6. in 4. excommun. in fine.

18 Clerici, [l] qui ſcienter participant cum excommunicatis a Papa, [m] ſunt excommunicati capit. ſignificauit, de ſentent. excommun. Scias tamen, quod ad incurrendam hanc excommunicationem quinque requiruntur: Primo, quòd participent: Secundo, quòd ſcienter Tertio, quòd ſponte: Quarto, quòd in diuinis: Quinto, quòd talis ſit a Papa nominatim excommunicatus. Et hæc eſt communis opin. vt atteſtatur Summa Syluest. in verb. excommunicatio 6. in 6. excommun. Et nota, quòd hæc eſt excommunicatio maior, non autem minor, vt ſentit gloſſ. vnica in dict. capit. ſignificauit, quæ in hoc communiter reprobatur, vt dicit Summa Syluest. in loco præallegato.

19 Incendiarij ſunt ipſo iure excommunicati, cap. tua nos, de ſentent. excommun. Scias autem, quòd incendiarij locorum ſacrorum ante denuncitationem abſolnuntur ab epiſcopo, poſt denuntiationem autem non abſoluuntur niſi a ſummo Pontifice. Et hæc eſt magis communis opin. vt dicit Sum. Syluest. in d. verb. Excommunicatio 7. in 7. excommun. in 2. dubio.

20 Effractores eccleſiarum cũ ſpoliatione ſunt excommunicati, cap. conqueſti, de ſentent. excommun. & ante denunciationem poßunt quidem abſolui ab epiſcopo, ſed poſt denunciationem ſolus Papa abſoluit, ſe-

h Scias tamen.] Adde,
17 quæ nam † dicatur leuis offenſa, & quæ grauis, vt per ſummam Armil. in c. excommunicatio el 5. numer. 9. & per Franc. Marci. in deciſ. 823. vbi tenet, quòd Epiſcopi arbitrio relinquitur.

18 Item † adde plures caſus ſpeciales, in quibus ordinarius poteſt abſoluere quos ponit D. Ant. in Sũma 3. par. tit. 24. §. 1. & §. 2. & §. 3. Franc. Marc. deciſ. 822. & 826. & alijs ſeq. par. 2. Baiard.

i Leuis.] Ad dignoſcẽdum autem, an percuſſio ſit grauis, vel enormis, an vero leuis, vide per ſummam Armil. c. excommunicatio. 5. ſub num. 9. & Caiet. vbi ſup. col. pen. Et quoniam can. loquitur de manib. violentibus, ideo pro declaratione, vide Armel. eo. c. ſub num. 1. & 2. & alia exempla ſub num. fin. & per Caiet. in ſummula, cap. 10. de excommunicatio. char. mihi 121 Item nota, ex quo cauſa eſt vniuerſalis, quod comprehendit omnes doli capaces, vt inquit Summa Armil. Doli autem capax quis dicatur, vid. per Angel. de Aretin. in ſumma Inſtit. de oblig. quę ex delict. naſcun. Item alios caſus, in quibus iniuria dicitur grauis, & atrox, vi. per Ang. de Aret. in 6. §. atrox Inſtit. de iniu. Giach.

k Sed pone.] Adde, ꝙ
19 vnica † tantum canonis ſententia excommunicationis affici debet, & non pluribus excõmunicationibus, & eſt communis opin. vt per Couar. var. reſol. lib 2. cap. 10. num. 8. in verſic. quartum, & ibi verſic. quintum eſt, habetur, quòd ſi quis percuſſerit clericum ſemel, ob id ipſo iure a Canone ſit excommunicatus, atque iterum ſi eundem clericum ex interuallo percuſſerit, alia canonis ſententia excommunicationis ligabitur, nam ſemel excom-
20 municatus † iterum poteſt excommunicati gloſ. in cap. cum pro cauſa, & in capit. officij de ſentent. excom. Baiard.

l Clerici.] Adde, quòd
21 talis ex.õmunicatio hodie non poteſt ferri in participantes, niſi canonica monitione præmiſſa, vt in cap. ſtatuimus de ſent. excommun. in 6. & Socin in cap. ſignificauit nu. mer. 7. hic allegat. & in c. perpendimus in 10. princ. art. num. 234. de ſent. excomm. Baiard.

m Sunt excommunicati.] Facit hic, quòd de receptatoribus dixit Menoch. tract. de arbit. iudic. lib. 2. caſ. 348. infr. q. 90. verſ. fin. Drogh.

Sunt excommunicati] Adde, vt per Abb. & Fel. ibi. Giach.

n Incendiarij.] Pœna incendiariorum, qui ob inimicitias, vel prædam committunt incendium, eſt mors, l. capitalium, §. incendiarij, ff. de pœnis. Item qui cõburunt ædes, ff. de. incen. rui. nau. Adde Natt. conſ. 24. & ſeq. Intellige tamen prædicta quando data opera commiſſum eſt incendium: ſecus ſi culpa, vel caſu. Guiot

Incendiarij.] Adde,
22 quòd † incendiarius eccleſiarũ ipſo iure eſt excommunicatus, ſed incendiarius aliorum locorum non eſt excommunicatus ſed excommunicandus, poſt publicationem abſolutio reſeruatur Papæ, niſi in mortis articulo. Soc. in dict. capit. tua nos. numer. 13. & ſequen. & in capit. officij 23. artic. de ſentent. excommunic.

23 Item † adde, quòd ſi quis domum propriam, vel ſegetem incenderet, licèt peccaret abutendo re ſua, tamen non teneretur pœna incendiarij, niſi dolo malo id faceret, vt etiam aliena bona incenderet. Socin in cap. conqueſti. numer. 29. de ſent. excomm.

24 Item † quòd incendiarius eccleſiarum etiã non conſecratarum ipſo iure eſt excommunicatus; quod etiam procedit in cæmeterijs, vt ibi per eum.

Item adde, quòd incendiarij ſunt excommunicati, ſi non habent ius incendij, puta propter iuſtum bellum. 23. quæſtio. 4. capitul. qui peccat. Socin. in dict. cap. conqueſti. numero vinteſimoſeptimo, de ſenten. excommu. Baiard.

Offen-

o *Offendentes.*] Adde,
25 † Soc. in cap. in quibuſdã
num. 27. de pænis, & quia
text. in cap. felicis non lo-
quitur de pęna interficien
tis Cardinalem, & ibi di-
cit, quòd ſi eſſet laicus,
non ſolũ pęna capitali vlti-
mi ſupplicij puniri debe-
ret, verum etiam aliquo
vltimo grauiſſimo ſuppli-
cio, vt tranſiret in aliorum
exemplum. *Baiard.*

p *Diffidati apud omnes.*
Adde hoc idem de aſſaſſi-
nis, ꝙ de bannitis, qui poſ-
ſunt impune offẽdi, vt eſt
ſup. quæſt. 36. verſic. Item
quæro ad princ. *Drogh.*

q *Impune offendi.*] Fa-
rin. q. 112. inſpect. 2. num.
198. volum. 5. & num. 111
& 120. *Roſ.*

r *Percutientes iniurio-
ſe.*] Farinac. d. quæſt. 12.
& inſpect. 2. num. 230. &
ſequ. *Roſ.*

Percutiẽtes] Adde Soc.
in cap. in quibuſdam num.
28. cum ſequent. de pæn.
26 vbi † habetur quibus pę-
nis tam ſpiritualibus, quã
temporalibus, afficiantur
offendentes Epiſcopos,
præsbiteros, & alios cle-
ricos inferioris ordinis, &
ſi quis offenderit Epiſco-
pum, vel clericos in ec-
cleſia, & diuina officia
turbauerit, pęna capitali
punitur ad inſtar criminis
læſæ Maieſtatis cap. in pri
mis §. de perſona 2. quæſt.
1. & l. ſi quis in hoc genus
C. de epiſc. & cler. & occi
dens Epiſcopũ debet pu-
niri per Iudicem laicum,
cap. ſunt quędam 23. q. 5.
& de offendente Epiſco-
pum, Archiepiſcopum, Pa-
triarchas, & Nuntios latè
per Viui. opin. 88 libro 1.
& vltra alias pœnas per-
cutiens Cardinalem, aut
Epiſcopum, aut qui cepe-
rit, ſeu bannierit, vel hæc
mandauerit fieri, ratumve
habuerit, ipſo iure priua-
tur beneficio Clem. 1. de
pęn. & Rebuf. in tract. de
benef. titu. de modis amit.
benef. numer. 39. & 40. &
offendentes † Epiſcopos,
Archiepiſcopos, Patriar-
chas, Legatos, ſiue Nun-
tios ſedis Apoſt incurrunt
pęnas dict. cap. felicis, de
pęn. perinde ac ſi Cardina
les offendiſſent, per Bul.
in cæna Domini, vt latè
per Nauar. in ſuo Man.
capit. 27. numer. 67. verſ.
ſecunda quò ad ca. felicis,
de pænis tom. 1. & ibi ver.
octaua dicit, quòd Epiſco-
pum electum, & confir-
matum, ſed nõ conſecratũ
percutientes non incurrit
Bullam. Et quid de offen-
dente epiſcopum, qui di-
gnitati epiſcopali renuncia
uit, & de offendente epi-
ſcopum electum Decian.
in tract. criminali libr. 6.
capit. 17. num. 27. tomo 2.
Baiard.

ſ *Vbi conſuluit pro Ci-
uitate Florentina.*] Adde
29 quòd † Ciuitas, quæ oc-
cidit duos Epiſcopos, de-
ſinit eſſe Ciuitas, & non
debet vlterius ei dari Epi-
ſcopus 25. quæſt. 2. cap. ita
nos, Alber. de Roſ. in rubr.
C. de epiſcop. & cler Car.
Florent. in cle. 1. §. Ciui-
tas de pęn. Affl ict. in con-
ſtit. dubitationem numer.
14. rubric. 101. folio 190.
Baiard.

t *Chriſtiani deferentes
arma Saracenis.*) Adde
hunc eſſe caſum Bullæ in
Cœna Domini, de quo
ſup. quæſt. 68. verſ. hoſti-
bus ferrum. *Drogh.*

*cundum communem opin. vt
atteſtatur Sum. Syluest. in dict.
verb. Excommunicatio. 6. in 8.
excommun. Et aduerte, quia
ad hoc, vt habeat locum diſpo-
ſitio d. cap. non ſufficeret ſola
effractio, neq; ſola ſpoliatio,
ſed vtrunque requiritur. Et
hanc dicit eſſe communem opi.
Remigius de immun. eccleſ. fol.
205. fal. 33.*

21 *Offendentes* o *percutiendo,
capiendo, vel hoſtiliter inſe-
quendo Cardinales S. R. Eccle-
ſiæ, ſunt excommunicati, &*
p *diffidati apud omnes, ita ꝙ
poſſunt ab omnibus impunè* q
offendi. capit. felicis, de pœnis ſ
in 6. Bene verum eſt, t *quòd ad
hoc, vt talis diffidatio locum
habeat, requiritur ſententia
declaratoria, ſecundum Gemin.
in dict. cap. felicis. Et ita etiam
tenent communiter Doctor. vt
dicit Boſſ. in tit. de hæret. poſt
nume. 29. Et hic caſus contigit
de facto in Cardinali Papienſi
qui fuit interfectus a Duce Vr
bini, ſuper quò caſu conſuluit
Rum. conſil. 4. lib. 5. & Ferre-
tus conſil. 31. An autem offen-
dens Cardinalem dicatur com-
mittere crimen læſæ Maieſtat.
dixi, ſupra hoc eod. lib. §. læ-
ſæ Maieſt. verſic. quæro nun-
quid. Vide, quæ dixi infra
verſ. percutientes.*

22 *Religioſi, qui ſacramentũ
extremæ vnctionis, vel eucha-
riſtiæ miniſtrant ſine licentia
presbyteri parochialis, vel ma
trimonia ſolennizant, ſunt ex-
communicati Clem. religioſi,
de priuil. Et ſcias, quod hæc
excommunicatio generaliter
comprehendit quoſcunq; reli-
gioſos, & ita communiter te-
netur, vt atteſtatur Sum. Syl-
ueſt. in d. verbo, Excommuni-
catio. 7. in 14. excommun. in 2.
dubio.*

23 *Percutientes* r *iniurioſe, aut
temerè epiſcopum ſunt excom
municati. Clem. 1. de pœnis,
vt in caſu, in quo conſuluit
Bolognet. conſil. 75. Hæc ta-
men pœna locum non habet,
vbicunque offendens epiſcopũ,
vel Cardinalem. id faceret cau-
ſa ſuæ propriæ defenſionis:
nam eo caſu non dicitur facere
iniurioſe, nec temere, & con-
ſequenter non incidit in pœnas
ad. clem. impoſitas. Ita dicit
gloſſ. in dict. clem. in princ. in
verbo, Temerè, & in cap. fe-
licis in verbo, percuſſerit, de
pœnis, in 6. quas Doctor. com-
muniter ſequntur, vt dicit So-
cin. inter conſilia Curtij ſen.
colum. 20. num. 39. & num. 49
Tortus in dict. conſil. vlt. poſt
numer. 12. Colleg. Flor. inter
conſil. Curt. ſen. conſil. 21. num.
8. vbi* ſ *conſuluit pro ciuitate
Florentina, in qua fuerat fu-
rore populi ſuſpenſus Archie-
piſcopus Piſanus, & captus
Cardinalis Saluiatus: in quo
caſu pro ipſa ciuitate pariter
conſuluit Aret. conſil. 165. &
Soc. inter conſil. Curt. ſen. in d.
conſilio 20. Tortus inter conſ.
Ant. de Butr. in dict. conſ. vlt.
Quinimò ex quacunque cauſa
excuſari poſſit a temeritate,
& a dolo, ceſſabit etiam pœna
d. Clem. ſecundum gloſſ. in dict.
verb. Temere: quam dicit cõ-
muniter approbatam Tortus
in d. conſil. vltim. poſt nume. 5.
verſic. ſtat ergo.*

24 *Spoliantes Chriſtianos naui
gantes pro honeſtis cauſis, &
negotiationibus, ſunt excom-
municati. Scias tamen, quod
hic canon nõ eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ſecundũ commu-
nem opin. vt atteſtatur Sum. Syluest. in verb. Excommu-
nicatio 8. in 20. excommunic. in 2. dubio. Pariter etiam ſunt
excommunicati ſpoliantes Chriſtianos naufragium paſſos
rebus ſuis. Et hic eſt canon latæ ſententiæ, modo compe-
tens monitio præcedat, ſecundum opinionem Innoc. quam
dicit eſſe communem Sum. Syluest. in loco præallegato.*

25 *Chriſtiani* t *deferentes Saracenis habentibus bellum cum
Chriſtianis, arma, ferrum, &c. ſunt excommunicati, cap.
ita quorundam, de Iudæis, & puniuntur pœna capitis, vt
eſt text. in leg. 1. & 2. Cod. quæ rex export. non poſſ. Debes
autem ſcire, quòd tempore belli omnino prohibitum eſt ad
eos deferre quaſcunque merces, etiam ex ijs, quæ non ſunt
expreſſe prohibitæ in dictis iuribus. Et hanc dicit eſſe com-
munem opin. Alexand. conſil. 130. poſt numer. 1. libro 7.
quem refert Boer. deciſ. 178. numer. 18. Stracca de mer-
catur. fol. 68. numero 40. Et licet ipſe Stracca videatur de
iuris rigore inclinare in contrariam ſententiam, fatetur ta-
men ibi, numer 47. in fin. quòd communis opinion. eſt vſu
recepta. & conſuetudine approbata. Et aduerte: quia
in hoc non attenditur an deferens hoc faciat ea intentione,
vt Chriſtiani impugnentur, vel non ſecundum DD. vt dicit
Alexand. in dict. conſil. 130. poſt numer. 1. Et hoc adeo ve-
rum eſt, vt neque etiam liceat eos tempore belli ad eos de-
ferre arma, vel alias merces prohibitas, pro redemptione
captiuorum. Et eſt communis opin. vt atteſtatur Alexan.
in dict. conſil. 130. poſt numer. 1. Sum. Syluest. in verb.
Excommunicatio 7. in 21. excommun. numer. 6. Dicuntur
autem Saraceni habere bellum cum Chriſtianis, quando
bellum gerunt cum aliquo Principe Chriſtiano, ſeu dominio,
vel oppido, ſecundum communem doctrinam, vt atteſta-
tur Sum. Syluest. in loco præalleg. num. 4. Ceterum ceſſante*

bello Facien-

u *Facientes ſeruari.*] Item ſtatuta contra libertatem eccle
ſiaſticam, quæ dicantur, vide in reperto. ad don. Felin. col. mi-
hi 617. §. Statuta contra libertatem eccleſiæ. *Giach.*

Facientes ſeruari ſtatuta.] Laderch. conſ. 103. *Roſ.*

30 *Facientes ſeruari.*] Adde, quod non incurrunt † excommu-
nicationem, qui violant
libertatem eccleſiaſticã,
vt nonnulli cenſuerunt,
ſed ſolum, qui eam violãt
per viam ſtatutorum, &
conſuetudinem cõtrariã,
ita ait Nauarr. in ſuo Ma-
nuali, capitul. 37. nu. 119.
tomo 1.

Item adde, quòd Bald.
in §. proficiſci 27. q. ff. de
offic. procõſ. tenet, quod
31 Iudex † ſeruans ſtatutũ
contra libertatem eccle-
ſiaſticam, non peccat, ſed
in hoc certauit, & ſtatuta
contra libertatem eccle-
ſiaſticam non valent, niſi
talia ſtatuta eſſent contra
32 priuilegium † datum ali-
cui particulari Eccleſiæ,
vt eſt communis opin. de
qua Tabiena, in verb. ex-
communicatio caſu 20.
pag. 670. & Caiet. in ſum
mula ſua in ver. excõmu-
nicatio capitulo 31. verſ.
33 quarto nota, ſed † laici
non poſſunt ſtatuere ſu-
per eccleſiijs. cap. quæ in
eccleſiarum, & cap. eccle
ſia S. Mariæ de conſtit. &
ibi Doctores.

34 Item adde, quòd ſta-
tuta laicorum, quæ poſ-
ſent afferre commodum,
& incommodum clericis
non dicuntur contra liber
tatem Eccleſiæ, Abb. in c.
Eccleſia S. Mariæ, col. 5.
verſ. circa hoc tamen, &
Marant. in diſput. 8. num.
20. cõtrarium tenuit Lap
pus in allegat. 92. inſpexi-
mus, dicens, quòd ſi quis
ſtatuat, ne quis panem co
quat alicui Monaſterio,
vel ne molet bladum, vel
ne aliquid vendat, nec
alio modo ab eis emat,
& quod laicus, quod te-
net ab eccleſia, poſſit cer-
tis caſibus alienare, facit
contra libertatem Eccle-
ſiaſticam. Caiet. autem in
ſummula in verb. excom-
municatio cap. 37. in fine
dicit, quòd prædicta non
ſunt propriè contra liber-
tatem eccleſiaſticam, ſed
contra humanam ſocie-
tatem; verum quia in o-
dium eccleſiæ fiunt, pręſu
muntur fieri contra eccle-
ſiaſticam libertatem, quod dictum inquit eſſe ſingulare Na-
uarr. tomo primo, titulo de cenſuris eccleſiaſticis, capitul. 27.
num. 119.

35 Item adde, quæ ſtatuta dicantur contra libertatem Eccle-
ſiaſticam per Socinum in d. capitul. nouerint de ſentent. excõ-
mun. num. 4. cum ſeq. vbi ponit, quæ ſtatuta contra libertatem
eccleſiaſticam requirantur, vt excommunicatio ipſo facto in-
curratur, & quæ violatio eccleſiaſticæ libertatis, & an quis in-
currat excommunicationem ipſo iure ob violationem eccle-
ſiaſticæ libertatis: & an
procedat indiſtinctè, tam
in clericis, quàm in laicis,
& an Vniuerſitas ſit excõ
municata, quæ talia ſtatu
ta facit: & an mandantes,
dictantes, & conſulentes,
& ſcribentes, & quid ſi
36 † Dominus, vel Decu-
riones demandarent ali-
quibus, quod facerent ſta
tuta, & illi fecerunt aliqua
contra libertatem eccle-
ſiaſticam: vtrum manda-
tores ſint excommunica-
ti ipſo facto, etiam quod
poſt talia ſtatuta ponatur
ſtatutũ generale, caſſans
ea, an euitetur pęna ex-
cõmunicationis: & quan-
do ſtatuentes, vel facien-
tes ſeruari ſtatuta, vel con
ſuetudines contra liberta-
tem eccleſiaſticam excõ-
municentur, latè Caieta-
nus in Sũmula ſua in ver-
bo excommunicatio, ca-
pitulo trigeſimoprimo, &
trigeſimoſeptimo, & Na
uarr. tomo primo, titul. de
cenſuris eccleſiaſticis, nu
mero 119. vbi ponit mul-
tas declarationes, ſiue li-
mitationes.

37 Item † adde, quòd li-
bertas eccleſiaſtica non
læditur per ſtatuta laico-
rum, quæ habent in ſe na-
turalem æquitatem, & ci-
uilem. Baldus in capitulo
primo; de alienat. feudi,
num. 7.

Item adde, quòd ſtatu-
tum laicorũ valet in præ-
iudicium eccleſiæ in quæ
rendis, non in quæſitis.
Bartolus in l. reſcripto, §.
fin. ff. de mun. & honor.
Bald. in rubr. de conſtitut.
columnaa ſecunda, verſi-
cul. quæro, an valeat ſta-
tutum, idem Bald. in con-
ſilio nono inter conſ. An-
charan. incip. factum ſu-
per quo. columna finali.
Barbat. conſilio quadra-
geſimoprimo, columna
vigeſima, volumine pri-
mo, Deci. conſil. 269. nu-
mero nono, & Crauett.
conſilio 251. numero 2.
Baiard.

y *Alios.*] Hic ſcias,
quod Armil. ponit nona-
gintaquinque caſus, ſed Syluestr. magis diffuſè totam mate-
riam excommunicationis extenſam ponit per decem capita.
*37 Vide vtrobique, & vnum adde, quòd ſi quis † includat cle-
ricum inunitum in aliquo certo loco, licet violentiam nõ infe-

*bello, licitum eſt Chriſtianis
ad Saracenos quaſcũque mer
ces deferre, modo non ſint ex
prohibitis. Et hæc eſt commu-
nis opin. vt dicunt Alex. &
Boerius in locis præallegatis.
Quæ autem ſint merces pro-
habitæ, habetur in legibus,
& capitulis ſuperius allega-
tis, et diffuſe per Straccã, ubi
ſup. f. 115. nu. 12. et alijs ſeq.*

26 *Magiſtris, & ſcolares Bo
noniæ conuenientes hoſpitem
pro conducendo hoſpitio alio-
rum magiſtrorum, vel ſcho-
larium, ante tempus condu-
ctionis elapſum, ſunt excom-
municati. cap. 1. de locato. Et
nota, quòd in hoc propoſito
nomine magiſtrorum veniunt
Doctores ſecundum omnes,
vt atteſtatur Summa Silueſt.
in verb. Excommunicatio, in
4. excomm. num. 1. Hæc au-
tem conſtitutio localis eſt,
& locum habet ſolum Bono-
niæ, non autẽ in alijs ſtudijs,
ſeu vniuerſitatibus, etiam il-
lis, quæ ſunt in terris eccle-
ſiæ. Et hæc eſt communis opi-
nio, vt dicit Summa Silue-
ſtr. in loco præallegato, nu. 3.*

27 *Schiſmatici omnes sũt ex-
communicati, capitul. 1. de
ſchiſmaticis. Scias tamen in
hoc propoſito, quòd quando
duo, vel plures electi in Pa-
pam de Pontificatu conten-
dunt, & aliqui bona fide v-
num illorum habent pro ve-
ro Pontifice, qui tamen legi-
timè electus non eſt, illi ſunt
propter probabile dubium
excuſandi, & ita ſentiunt
omnes diuini, & humani iu-
ris periti, vt atteſtatur Si-
manchas de hæret. c. 56. n. 6.*

28 *Facientes* u *ſeruari ſta-
tuta, vel conſuetudines con-
tra eccleſiaſticam libertatem
ſunt excõmunicati, cap. no-
ueris, de ſenten. excom. Scias
autem, quòd illa ſtatuta, vel
conſuetudines dicuntur eſſe
contra eccleſiaſticam liberta-
tem, quæ veniunt contra pri
uilegium conceſſum eccleſiæ
vniuerſali a Deo, vel a Papa,
vel Imperatore. Et hæc eſt
communis theorica omnium
Doctorum, vt dicit Abb.
conſilio 83. in primis verbis.
libro 1. quem refert Dec. in
authen. Caſſa. numer. 18. C.
de ſacroſan. eccleſ. Hanc etiã
dicit eſſe communem opin.
Summa Syluest. in verbo,
Excommunicatio. 9. in 10.
excommunicatione, num. 1.
Bertran. conſil. 50. num. 4.
& ſeq. lib. 1. in 2. parte.*

29 *Vſurpantes de nouo ſibi
ius patronatus a locis pijs
vacantibus ſunt excommu-
nicati. c. generalis, de electio.
in 6. Et ad hoc vt tales vſur
patores huiuſmodi excommu-
nicationis ſententiam incur-
rant, duo requiruntur: Pri-
mum, quod vſurpet dicta iu-
ra de nouo, ſcilicet à 14. an-
nis citra; Secundum quod illa
occupans, ipſis locis vacan-
tibus. Et hæc eſt communis
opin. vt dicit Summa Syl-
ueſt. in verbo, Etcommuni-
catio 9. in 14. excomm. n. 2.*

30 *Contrahentes ſcienter ma-
trimonium in gradibus con-
ſanguinitatis, vel affinitatis
prohibitis, ſunt excommuni-
cati. Dixi ſup. hoc eodẽ lib. §.
inceſtus, verſiculo præterea.*
31. *Alios* y *etiam excommuni-
cationis caſus poteris vide-
re apud Summiſtas, in ver-
bo, Excommunicatio, & a-
pud Io. Ligna. in tract. de cẽ-
ſura eccleſiaſtica.*

32 *Quæro nunc, an in ſenten-
tia excommunicationis re-
quiratur citatio. Dixi ſup. q.
31. verſ. item quæro.*

33 *Quæritur etiam, an ſen-
tẽtia excommunicationis la-
ta ex falſa cauſa valeat. Re-
ſpon. quòd ſic: Ita tenet gloſ.
in cap. 1. in verbo, propter,
de ſenten. excom. in 6. quã di-
cit eſſe cõmuniter approbatã*